Felicia ſunt virginū cōnubia tot miliū. agnum q̄ ſine macula duce ſequuntur vrſula. Quarum orationibus felices cum felicibus pace fruamur ſedula per ſeculorum ſecula.

Laudat autor ſanctarꝫ virginū cū xp̄o ſponſo ꝯnubia. ꝯcludēdo canticū ſuū cū directione petitionis ad eaſdē dicēs (cōnubia) .i. copule vel ꝯiūctiones (tot miliū ꝟginū ſunt felicia. q̄) sc ꝟgines (ſequūtur agnū ſine macula) .i. xp̄m (duce) .i. ducēte eas (vrſula. q̄rꝫ) .ſ. ꝟginū (orōnibꝰ) .i. interceſſionibꝰ. nos (fruamur pace ſedula) .i. ſempiterna (ꝑ ſecula ſeculorū) .i. ſemꝑ. exñtes (felices) .i. beati (cū felicibꝰ) ſcꝫ ꝟginibꝰ ¶ Notādū ꝙ legit̄ in paſſionali ꝓ miraculo ꝙ quidā abbas ip̄etrauit corpus vni⁹ virginis ab abbatiſſa monaſterij Coloñ. earūdē virginū. ꝓmittēs ꝙ illud in capſa argētea reuerēter in ſua eccleſia collocaret. Sꝫ cū ꝑ annū integrū in capſa lignea iacuiſſet q̄dā nocte cū abbas cū ſuo ꝯuētu matutinas cantaret. corpus illud de altari deſcēdit. ⁊ ante altare reuerēter ſe inclinās. ꝑ mediū eorū omībꝰ ipſis vidētibꝰ receſſit. Abbas igit̄ ad capſam currēs. ⁊ ipſā vacuam inueniens ꝓperauit et abbatiſſe rem geſtam per ordinem intimauit Pergenteſq̄ʒ ad locum vbi corpus virginis acceperunt illud ibidem inuenerunt. Cum autem abbas veniam quereret. ⁊ idem corpus virginis peteret. certiſſime promittens ſibi capſam precioſā facturum nullaten⁹ impetrauit. ¶ Scd̄o nota q̄uis tot⁹ exercitus numerus virginū nūcupatur. hoc tñ nō tm̄ eſt intelligendū de ſexu femineo. q2 q̄ʒ plures epiſcopi ⁊ alij ſancti martyres interfuerūt qui etiam caſtam vitā duxerūt. Sed ꝓpter excellentiam. q2 maxima multitudo fuerunt virguncule. ideo exercitus virginum nuncupatur. Poteſt etiam dici ꝙ ꝓpterea dicitur exercit⁹ virginum. q2 beata Urſula fuit informatrix ⁊ principalis inſtauratrix huius ſanctiſſimi exercitus. Hinc eſt ꝙ hodierna die in cimiterio vbi reliq̄e ſanctarum virginum requieſcunt nullus poteſt ſepeliri. quia ſi aliq̄s ibi ſepeliretur clauſo tumulo in craſtinum ſuper terram apparet. quia hec terra de corporibus ſanctarum virginum creditur ſanctificata.

O o Omnes ſancti ſeraphin cherubin throni quoq̄ʒ dominationeſq̄ʒ. Principatus poteſtates virtutes. Archangeli angeli vos decet laus et honores.

Hic autor conſequenter deſcribit aliud canticū quod generaliter reſpicit celebritatem omnium ſanctorum ſub vna feſtiuitate eorum memoriā reuocando. Et diuiditur in duas partes. In quarū prima commendat omnes ſanctos angelos iuxtā nouem choros eorundem. dirigendo p̄ces ad eoſdem. In ſcd̄a dirigit petitiones ad omnes ſanctos qui victis terrenis dei gratia angelorum conſortes effecti ſunt. ſcd̄a ibi. Uos quos dei. dicens O (omnes ſancti) ſcꝫ in celo exiſtentes (ſeraphin) id eſt angeli de choro ſeraphin (cherubin) id eſt angeli de choro cherubin (throni) .i. angeli de tali choro (quoq̄ʒ) pro et (dominationes) tales angeli (q̄ʒ) pro et

(principatus)tales angeli. ⁊ (poteſtates)tales angeli.et (virtutes).i. an
geli tales (archangeli).i.vos principes angelorum. et (angeli) ſcilicꝫ infi
mi ordinis vel chori (laus)id ē gloria (decet vos)ſᶜ om̄es (et honores)
id eſt reuerentie.ſᶜ decent vos. ¶ Notandū primo ꝙ ſcribitur in li. Sa
pien. ca.v. Ecce quō computati ſunt inter filios dei ⁊ inter ſanctos ſors
illorum eſt. In his verbis tanguntur duo. Primo tangitur ſanctorū dei
in celeſtibus glorificatio. qm̄ computati ſunt inter filios dei. Scđo tāgi
tur apud deum pro peccatis noſtris illoꝝ propiciatio. quia inter ſanctos
ſors illorum eſt. Primū declaratur. Nam ipſi ambulauerunt in lege ⁊ vo
luntate dei ꝓpter qđ vocati ſunt filij dei paſſionem huius ſeculi toleran-
do. patres dei filios generando. Matres dei eccleſiam lacte diſcipline nu
triendo. iuxta illud quod dicitur Math. xij. Qui fecerit voluntatem pa
tris mei qui in celis eſt ipſe meus frater ſoror et mater eſt. Etiam gloria-
ti ſunt quoniam predeſtinati ſunt ad menſam dei. Unde Luc. xxij. ego
diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. vt edatis ⁊ bi-
batis ſuper menſam meam in regno meo. ¶ De ſcđo dicit Jacobus in
canonica. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Figura huius le
gitur in libro Exodi. Dum populus iſrael pugnaret cōtra amalech moy-
ſe manus eleuante ⁊ orante vicit populus. ſed ipſo manus declinante po
pulus ſuccubuit. vnde pſalmiſta. Dimiſiſſem eos ſi non moyſes electus
meus ſtetiſſet in confractione. Unde cum iudei feciſſent vitulum confla-
tilem dominus dixit ad moyſen. Dimitte me vt iraſcar ſuper populum
iſtum. ſed interceſſio moyſi hanc iram auertit. Ex quibus concluditur.
ꝙ ſancti dei magnam ſortem habent in celeſtibus quibus ipſi poſſunt vi-
tam noſtram in diuino beneplacito gubernare. Item nota ſancti ⁊ electi
dei ſunt duplices. ſcꝫ ſpirituales ⁊ corporales. Spirituales ſunt qui a di-
uino propoſito creati ſunt ⁊ perpetuati ſunt. vt ſunt angeli. Unde pſal.
Qui facis angelos tuos ſpiritus. Sed corporales ſunt qui vitam hui⁹
ſeculi in ſanguine martyrij terminauerunt. ⁊ proinde promiſſuꝫ eterne re
tributionis acceperunt. ⁊ ſic hec ſequentia in laudem ⁊ gloriam omnium
ſanctorum. tam ſpiritualium q̃ꝫ corporalium eſt compoſita ſeu compilata
Item nota. ꝙ in hoc feſto agitur memoria omnium ſanctorum. ⁊ ex cōſe-
quenti oīm animaꝝ fideliū. Ratio hui⁹ eſt. qꝛ machina huius mundi di-
ſtincta eſt diuerſis climatibꝫ ⁊ regionibꝫ. ⁊ diuina miſericordia operat̄ hoc
in vna regione quod non in alia. Nam aliquando ſancti vnius regionis
canoniſantur de quibus ignorat alia regio. propterea ſtatuerunt ſancti pa
tres vt fieret vna communis memoria omnium ſanctorum. qui in libro
viuentium ſunt inſcripti. Uel poteſt dari alia ratio. quia in hac die deſtru
ctum eſt templū oīm deoꝝ quod dicebatur pantheos. a pan quod eſt to-
tum. ⁊ theos deus quaſi continēs totalitatem deorum. in memoriam hu
ius erroris deſtructi celebratur in eccleſia feſtum omnium ſanctorum in
quibus deitas ſeu diuinitas cōmendatur. ¶ Item nota dubitant multi
quare in feſto omnium ſanctorum etiam memoria ſpecialiter ſancti Ce-
ſarij habeatur. Dicendum ꝙ ratio huius eſt. quia beatus Ceſarius paſ-
ſus eſt poſt inſtitutionem huius feſti. ⁊ ergo in numero cōprehenditur.
nihilominus tamen ſpecialiter ſuum natalicium celebratur.

De omnibus ſanctis

Ordines noueni ſpirituū beatorum. Quos in dei laudibus firmauit charitas. Nos fragiles homines firmate precibus

Hic autor dirigit petitionem ad omnes ſanctos dicens. O vos (noueni) id eſt nouem (ordines) id eſt chori (beatoꝝ ſpirituū) .i. ſanctoꝝ angelorū (quos) ſcʒ angelos (charitas) id eſt amor vel dilectio dei (firmauit) id eſt corroborauit (in laudibus dei) omnipotentis. ſc vos (firmate) id ē roborate (nos homines fragiles) id eſt infirmos (precibus) veſtris.

Ut ſpiritales prauitates veſtro iuuamine vincētes fortiter.

Nunc et in euū veſtris ſimus digni ſolēnijs intereſſe ſacris.

Conſtrue (Ut) id eſt ꝙ nos ſimꝰ (vincētes) .i. ſupātes (fortiter) .i. viriliter (ſpiritales prauitates) .i. dyabolicas poteſtates ⁊ ſuggeſtiones ſeu fraudes (veſtro iuuamine) .i. auxilio. ⁊ ſcʒ nos (ſimus digni) .i. idonei (intereſſe) id eſt preſentes eſſe (nūc) .i. in pn̄ti (⁊ in euum) .i. eternaliter ⁊ perpetue (veſtris ſacris) id eſt ſanctis (ſolennijs) id eſt feſtiuitatibus. hoc eſt nos mereamur peruenire ad veſtras dignitates.

¶ Notandū ꝙ autor ponit tantū nouem ordines angeloꝝ. hoc debet intelligi de illis q̇ non conſenſerunt lucifero. ſed confirmati in laude dei permāſerunt. tn̄ reuera .x. ſunt ordines. qꝛ ſm doctores decimus ordo nō totaliter cecidit. ſed q̄ꝫtum ad eius pͥncipem luciferꝝ. immo de quolibet ordine aliqui ceciderūt. vt numerꝰ eoꝝ ſit in ꝓportione chori integri. ſic etiā ſm gradꝰ meritorios. ordines angelici ꝑ aīas fideliū reſtaurātur. hec Rabanus. Sed quidam aliȷ̇ doctores dicūt. ꝙ decimus chorus ex integro cecidit. q̇ eſt integraliter per animas fidelium reſtaurandus. ⁊ vocaẜ modo requies ſanctoꝝ. ⁊ in eodem decimo choro aſſignātur diuerſi gradus dignitatis. in quibus ſm diuerſa merita anime fidelium collocantur. Item nota. autor petit ꝯfortationem contra dyabolicas fraudes ⁊ tentationes. Unde .b. Gre. dat nobis doctrinam reſiſtendi tentationibus ⁊ ꝑmo perſuadet hoc fieri cum feſtinatione. Unde ſi tentationi in corde noſtro naſcenti volumus reſiſtere. tunc feſtinanter non debemus eaꝫ admittere. ſed fortiter reſiſtere non conſentiendo. Secundo debemus reſiſtere per orationem. Unde Grego. Quanto grauiori motu per cogitationem carnalium deprimimur. tanto debemus orationi ardentius inſiſtere. Tertio cum vigilatione. Unde Grego. ſolerter vigilandum eſt vt cum culpa blandiri inchoat. ad quē interitum trahitur mēs ignoſcat. Item debemꝰ reſiſtere per manſuetudinem et miſericordiam. Unde petrus apoſtolus Nouit dominus pios de tentationibus eripere. Unde pſalmiſta. Miſericordia mea ⁊ refugium meum ⁊c̄. vbi dicit gloſa. Nulla re ita cito vincitur dyabolus ſicut per miſericordiam. Simus ergo feſtini ad orationem deuoti. vigiles ⁊ manſueti. ⁊ reſiſtamus dyabolo. vt inter ſanctos dei cōputemur. ¶ Pro terminis nota. nouenus a um eſt nomen adiectiuū deriuatum a nomine nouem. Sed fragilis eſt nomen adiectiuū comparabile et mobile deriuatum a verbo frango.

¶ Vos quos dei charitas vincere terrea. Et angelis ſoci/
os fecit eſſe polo. Vos patriarche prophete apoſtoli confeſ/
ſores martyres monachi virgines. Et viduarum ſanctarum
omniumq; placentium populus ſupremo domino.
Nos adiutorium nūc et perhenniter foueat protegat vt ve
ſtrum in die poſcimus gaudioꝝ veſtrorum.

Hic autor iplorat oēs ſanctos dei q̄ ꝑ victoriā terrenoꝝ ad gloriā trāſie
runt dicēs. O (vos) ſcȝ om̄es ſancti et electi dei (q̄s). ſ. ſanctos ⁊ electos
(charitas). i. amor ⁊ dilectio (dei). ſ. oīpotentis (fecit vincere). i. ſuperare
et cōtemnere (terrea). i. vana gaudia hui⁹ mūdi (Et fecit vos eſſe) id ē
exiſtere (ſocios). i. ſodales (angelis). i. cum angelis (polo). i. in celo vel in
regno celoꝝ. ⁊ ſpecialiter (vos patriarche). i. antiq̄ patres (ꝓphete) i. va
tes (apl̄i). i. diſcipuli dn̄i (ꝯfeſſores). i. deū ꝯfitētes (martyres). i. ꝓ xp̄o
moriētes (mōachi). i. ſolitariā vitā ⁊ mūdā ducētes (v̄gies) caſte viuētes
(Et). i. etiā (ꝓpl̄s). i. vulg⁹ ⁊ turma (ſanctaꝝ viduaꝝ) ꝯtinentiū (q̄ȝ), ꝓ et
(oīm placentiū). i. bn̄ viuētiū (ſup̄mo dn̄o). i. altiſſimo deo (nos) ſcȝ fra
giles hoīes (poſcim⁹). i. petim⁹ ⁊ deſideram⁹ (veſtꝝ adiutoriū). i. iuua/
mē ⁊ patrociniū (in die). i. in ſolēnitate (veſtroꝝ gaudioꝝ) hoc ē vt valea
mus ꝯcelebrare vnanimiter memoriā omniū veſtroꝝ hic ⁊ eternalit̄ con
regnare vobiſcū (vt foueat). i. ānuet (et ꝓtegat). i. defendat (nūc). i. in p̄/
ſenti (et ꝑhenniter). i. eternaliter. ¶ Notandū autor in littera enumerat
ꝑ ordinē ſanctos et electos dei. vbi ꝓponit patriarchas. quorū ꝑncipalit̄
ſunt tres ſcȝ abrahā. yſaac. iacob. q̄ cum vxorib⁹ ſuis ſepulti ſunt in valle
ebron. Deinde ponit ꝓphetas. q̄ ſunt. xvij. in numero. quoꝝ ꝑnceps ē da
uid q̄ ꝓpter excellentiā ꝓpheta vocatur. queadmodū paulus apl̄s. Dein
de quattuor maiores ꝓphete. ſ. yſaias. hieremias. ezechiel ⁊ daniel. ⁊ duo
decim minores ꝓphete quoꝝ nomina in Paralipomenon ſunt ſcripta. De
inde ponit apoſtolos. quoꝝ ſunt duodecim numero. quibus paulus bar/
nabas ⁊ thadeus ꝯiungūtur. tn̄ non impediūt numeꝝ apoſtoloꝝ. Dein
de ponit confeſſores. quorum principaliter ſunt quattuor. ſcȝ Aug⁹. Gre
go. Hiero. et Ambro. qui ſunt tanq̄ȝ quattuor cathene quib⁹ fides catho
lica dependet. et etiam beatus Martinus. qui propter excellentiam con/
feſſionis ſolus inter confeſſores meruit octauam tenere. Deinde ponit
martyres. quorum numerus penes noſtram cognitionem eſt infinitus.
inter quos poſt chriſtum beatus Stephanus ⁊ Laurentius primatum
obtinent. q̄d patet. quia inter omnes martyres iſti ſolas octauas habent
Deinde ponit monachos. per quos quilibet deuotus religioſus debet in
telligi. Poſt hoc ſubiungit virgines. quarū numerus etiam nobis nō eſt
cognitus. tamen inter omnes poſt beatam mariam beata agnes et beata
margareta habent octauas. q̄re eas pre ceteris virginib⁹ reor eē laude p̄e

ferendas. Ultimo addit numeꝝ oīm electoꝝ cuiuſcūqꝫ ꝯditionis fueri
vt vnanimiter intercedāt ꝓ nobis ad dn̄m ihm xp̄m. ⁊ hoc innuit ibi. om
niūqꝫ placentiū. Pro terminis nota. terreū hic ſubſtātiuat in neutro
genere. ⁊ ſcat illud qđ ꝓcedit ex iſtis inferioribꝫ ⁊ deriuatur a noīe terra.

Sacerdotem chriſti martinum cuncta per orbem ca/
nit eccleſia pacis catholice.

Hic autor deſcribit aliā ſequentiā in laudē ⁊ gloriā beati martini. Et di
uidit in tres ptes. In p̄ma pte ꝯmendat beatū martinū ex multaꝝ regio
nū congratulatione. hortando populū ad ipſiꝰ laudē. Secūdo ꝯmendat
eum ex virtuoſa miraculoꝝ opatione. Tertio ꝯmendat eū de ſanctitate
vite ipſius cū deuotione precum. ſcđa ibi. hic celebris. tertia ibi. hic oculis.
Prima adhuc in duo. In p̄ma pte ꝯmēdat eum penes gaudia regionum
ꝙtum ad iuuentutē. In ſcđa facit hoc idē penes dignitatē ep̄atus. ſecun
da ibi. Et gallie. Et dicit ſic (Cūcta eccleſia). i. tota ꝯgregatio xp̄ianoruꝫ
(catholice pacis). i. xp̄iane fidei (canit) i. laudat ⁊ laudare debet (ꝑ orbē)
ſcꝫ vniuerſum. i. per vniuerſam terram. ſcꝫ ſanctum (martinum) ſic dictū
(ſacerdotem) id eſt epiſcopū (chriſti) id eſt ieſu.

Atqꝫ illius nomen omnis hereticus fugiat pallidus
Pannonia letetur genitrix talis filij
Italia exultet alitrix tanti iuuenis.

(Atqꝫ) ꝓ et (om̄is hereticus) id ē ſciſmatꝰ ⁊ infidelis (pallidus) id ē pal
lore ꝯfuſus (fugiat). i. fugere debet (nomen illius) ſcꝫ ſolennis epi (Pan
nonia) talis regio in qua ſanctus martinus eſt genitus (letetur). i. letari
debet. qꝛ fuit (genitrix). i. ꝓductrix vel ꝓcreatrix (talis filij). i. ſancti mar
tini. Et (italia) talis regio (exultet) ſcꝫ de eius ſanctitate. qꝛ fuit (alitrix)
. i. nutrix (tanti). i. tā ſancti (iuuenis). i. adoleſcētis. qꝛ ſanctꝰ martinꝰ eſt
nutritus in italia. Notādū ſcribit Eccl. l. Quaſi luna plena in diebꝫ ſu
is lucet et q̄ſi ſol effulgens. ſic ille effulſit in templo dei. In quibus ỽbis
cōmendatur beatus martinus in omnibus virtutibus ſuis. quia effulſit
in templo et in eccleſia ſua quaſi luna perfecta. Unde ſciendum ſm aſtro
logos. ꝙ luna eſt corpus terreſtre. non ꝙ ſit compoſitum ex terra. ſed ꝙ
in cōparatione ad alios planetas habet ſe tanꝙ terra ad alia elementa. Eſt
enim corpus tenebroſum non habens lumen de ſe ſed recipit lumen a ſole
et ꝙuis medietas corpis lunaris ſit ſemꝑ illūinata. qꝛ medietas eiꝰ reſpi
cit ſemper ſolem. niſi fuerit eclipſis. tamen quantū ad aſpectum noſtrum
lumen ipſius augetur ⁊ diminuitur. Unde beatus martinus optime lu
na dicitur corpus habens terreſtre. quia natus eſt ſm curſum nature. et ē
illuminatus per gratiam diuinam. que eſt tanꝙ ſol. Fuit enim beatꝰ mar
tinus complete et perfecte illuminatus. nam radij ipſius erant perfectiſ
ſimi ſm omnes virtutes morales homini poſſibiles. Fuit enim prudens
ab errore infidelium declinando. Fuit iuſtus gentilium et hereticorum
ſciſmata diſſoluendo. Fuit fortis oībꝫ paſſionibꝫ cum patientia reſiſtēdo.